



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



## Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

## Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.


Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

## Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.

B 1,177,108



*UNIVERSITY OF MICHIGAN*  
*A COLLECTION OF*  
*EARLY CHRISTIAN LITERATURE*

*CONTAINING WORKS OF THE CHRISTIAN WRITERS*

*UNDER THE ROMAN EMPIRE*

*AND PUBLICATIONS ILLUSTRATING THE*  
*RELATION OF CHRISTIANITY TO PAGANISM*

*PRESENTED BY*

*MR. D. M. FERRY, OF DETROIT*



8<sup>th</sup>  
Wes

# WIENER STUDIEN.

Zeitschrift für classische Philologie.

64090

Supplement der Zeitschrift für österr. Gymnasien.

Verantwortliche Redacteurs:

W. v. Hartel, K. Schenkl.

---

Fünfzehnter Jahrgang 1893.

---

WIEN.

Druck und Verlag von Carl Gerold's Sohn.

1893.





## Inhalt des fünfzehnten Bandes der Zeitschrift „Wiener Studien“.

	Seite
Novae lectiones Pindaricae. Von Hugo Jurenka . . . . .	1— 34
Kritische Studien zu den Bruchstücken des Euripides. Von Eugen Holzner . . . . .	35— 76
Zur Metrik der Oracula Sibyllina. Von Alois Rzach . . . . .	77—115
Ioannis Iacobi Reiskii animadversiones in Philostratos. Von C. Schenkl und . . . . .	116—127 200—208
Pro Priscilliano. Von G. Schepss. . . . .	128—147
Die Benutzung des thukydideischen Geschichtswerkes durch den Periegeten Pausanias. Von Otto Fischbach . . . . .	161—191
Zu Nemesius. Von Karl Im. Burkhard . . . . .	192—199
Das rhythmische Element in Ciceros Reden. Von Johann Schmidt . . . . .	209—247
Atque vor Consonanten und ac vor Gutturalen bei Livius und Curtius. Von Robert Novák . . . . .	248—259
Beiträge zur Textkritik des Itinerarium Antonini. Von Otto Cuntz . . . . .	260—298

### Miscellen.

Die Dokimasie nach der Ἀθηναίων πολιτεία. Von Wilh. Weinberger . . . . .	148—149
Zu Aristoteles' Ἀθηναίων πολιτεία cap. 23. Von J. Rohrmoser . . . . .	149—152
Textkritisches zur ersten olympischen Ode des Pindar. Von Hugo Jurenka . . . . .	152—155
Die Handschrift von Valenciennes der Ilias latina. Von K. Wotke . . . . .	155—159
Cicero ad fam. I 8, 6. Von A. Goldbacher . . . . .	160
Zu Pindar Pyth. IX 62 ff. ed. Bergk <sup>4</sup> . Von Hugo Jurenka . . . . .	299—301
Beiträge zu Babrios. Von Karl Wotke . . . . .	301—305
Platons Laches 182 A. Platons Apologie 30 B. Von Karl Wotke . . . . .	305—306
Zu Varro de lingua Lat. Von Georg Heidrich . . . . .	306—307
Addenda ad Imaginum Philostratearum editionem Vindobonensem. Von Guil. Weinberger . . . . .	308—309
Aus spanischen Handschriften. Von W. v. Hartel . . . . .	309—313
Zu Hor. Sat. II 2, 29 f. Von C. Cristofolini . . . . .	313—314



## Novae lectiones Pindaricae.

Quartum foras data Pindari carminum editione Bergkiana Mauritius Schmidt in ind. lect. aest. Jenens. a. 1879 p. 5 egregiam codicum Pindaricorum bonitatem identidem a se praedicatam (v. edit. carmm. Olymp., Jenae 1866, p. LXXXV sqq.) eo potissimum cerni dixit, quod, quibus locis antea gravissima vitia inflictā crederentur, his iteratis sagacissimi illius critici curis leves admodum vulgaresque maculas adspersas esse perspiceremus. quod vere esse iudicatum cum alii confirmant, in quibus L. Bornemann in Burs. annal. a. 1885 p. 83, tum ego, quo diutius in poeta castigando versor, eo magis mihi persuadeo, nunc ut magnam spem habeam, si illa lex semper criticis ante oculos fuerit, codicum indole penitus cognita poetae crisin laetissimis auctum iri incrementis. itaque inde ab initio maxime elaboravi, ut oculorum acie per tenebras istas nubium instar his carminibus offusas quasi penetrarem poetaeque manum cognoscerem. ipsum scilicet Pindarum opus suum aureae paterae comparare omnes scimus: quam dum sordibus detergendis, quae tot saeculorum situ ei insederunt, in pristinum fulgorem restituere cupimus, summa adhibenda est cautio diligentiaque, ut tenuissima quaeque artis vestigia integra serventur neve quid quod genuinum sit per vim effringatur in eiusque locum adulterini auri fallax splendor supponatur. fructum autem operae iucundissimis temporibus subsicivis impensae hunc nobis expetimus, ut aliorum studia nobis aut acutiorum aut feliciorum incendisse quandoque videamur: tantus est enim huius poetae praeter ceteris lyricis carminum ambitus, ut permultorum etiam, qui acta fortasse agunt, laborem et capiant et patiantur.

Ut autem ratione et via quaestio progrediatur, materiam secundum mendorum genera, quibus quisque locus infectus est, disponam; quae ubi exemplis aliquot hinc illinc, si ex re putavero,

delibatis indicavero, locos corruptos tractabo. qua in re venia mihi dabitur, si non omnes quotquot prolatae sunt coniecturas, sed potiores tantum quaeque a litterarum ductibus in libris exaratis proxime recedant enumeravero: omnes tamen adiungam, quae in Bergki editione quarta nondum inveniuntur.

Ac primum quidem magnus est eorum locorum numerus, quibus et Bergk et alii critici interpunctione mutata aut etiam litteris, quae nostris in libris in unius vocabuli corpus coaluere, divulsis suam poetae verbis sanitatem reddiderunt. huc ex nostris faciunt hi:

Ol. III 42 sqq. Momms.

Carmen hoc tribus enuntiatis brevissimis finiri volunt: τὸ πόρρω δ' ἐστὶ κοφοῖς ἄβατον | κάκοφοις. οὐ νῦν διώξω· κεινὸς εἶην. sed quamquam a Pindaro tam concisae sententiae non alienae sunt, tamen in extremo maxime carmine nimium quantum confragosa haec oratio displicet, atque idem mecum sensisse videntur Naber et Herwerden, quorum ille οὐ μὴν διώξω κεινὸς ἔμμεν, hic οὐ μὰν διώξω κεινὸν οἶμον coniecit. sed particula γέ, quam vulgo v. 43 edunt, codicum auctoritate destituta est: horum enim optimus Ambrosianus cum aliis habet δέ, quod, quo insolentius videtur, eo plus sibi fidei vindicat. sed qui huius lectionis patrociniū susceperunt, Mommsen et Mezger, Pindars Siegeslieder, Lips. 1880 p. 175, hi et ipsi inde a verbis νῦν δὲ πρὸς ἐχρατιὰν e. q. a. apodosin incipere volunt. at vero neque hic particulae δὲ usus alias apud Pindarum invenitur — nam qui unus praeterea locus adfertur a Rumpelio, lex. Pind. p. 111 fin. (Pyth. XI 56), exiguae fidei est, quia de lectione ibi haudquaquam constat: v. p. 20 —, et praegresso altero δὲ haec particulae vis prorsus obscuraretur. inde nobis longe alia hoc de loco nata est sententia. notissimum enim statimque primi carminis Olympiaci exordio firmatum Pindarum in comparationibus parataxi quam hypotaxi uti maluisse, quo comparationis membrum vis accresceret. hoc reputans sic carminis exitum constituo:

εἰ δ' ἀριστεύει μὲν ὕδωρ, κτεάνων δὲ χρυσὸς αἰδοιέστατον,  
νῦν δὲ πρὸς ἐχρατιὰν Θήρων ἀρεταῖσιν ἰκάνων ἄπτεται  
οἴκοθεν Ἡρακλέος σταλᾶν, τὸ πόρρω δ' ἐστὶ κοφοῖς ἄβατον  
κάκοφοις, οὐ νῦν διώξω· κεινὸς εἶην.

haec igitur ex poetae more dicta sunt pro εἰ δ', ὡς ὕδωρ μὲν ἀριστεύει, κτεάνων δὲ χρ. αἰδ., (οὕτω) νῦν Θήρων . . . alterum δὲ duo priora membra consociat, tertio novum adiungitur, cf. Hom. Od. XVIII 282 et de sententia Isthm. III 29—31. ceterum Christium secutus scripsi νῦν verbum διώξω obiecto carere non posse putans:

viv cum in interpunctione tradita quo referretur non haberet, in μὴν mutatum est.

Adiungo duos locos, quibus corruptelae causa fuit δὲ particula tertio loco posita. quem cum omnino apud Pindarum eam tenere posse negat Ed. Hiller, *annal. phil. et paed. a. 1888 p. 455*, fallitur. eadem nimirum apud nostrum valet lex quae apud ceteros scriptores omnes, praecedere posse hanc particulam non unam tantum vocem, sed duas vel tres vel etiam plures, si quidem tam apte eae cohaerent, ut unam tantum efficere aut propter sensum divelli non posse videantur. itaque LIV locos Rumpeli exhibet lexicon, quibus δὲ articulum aut praepositionem nomini suo iunctam sequitur, dein Ol. VI 67 legimus εὐτ' ἄν δέ, Ol. X 99 παῖδ' ἐρατὸν δ' metro postulante. de tota re v. Kühner, *gr. Gr. II 2 p. 809 sq.* apud poetas quam late pateat ea licentia luculenter docet locus Aesch. *Pers. 719 πεζὸς ἢ ναύτης δὲ πείραν τήνδ' ἐμύρανεν τάλας*, nostrae quam statim proferemus coniecturae disertus suasor. legimus

Pyth. X 28 sqq.

ῥοαὶς δὲ βροτὸν ἔθνος ἀγλαΐαις ἀπτόμεθα, περαίνει πρὸς ἔσχατον | πλόον. ναυὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν ἄν εὐροῖς | ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶνα θαυματὰν ὁδόν. non posse consociari ἔσχατον πλόον cum per se manifestum est, tum evincitur locis Isthm. III 29 ῥοαὶς δ' ἐπ' ἀνθρώπους ἄηται | μαρτύρια φθιμένων ζωῶν τε φωτῶν | ἀπλέτου δόξας, ἐπέψαυσαν κατὰ πᾶν τέλος. ἀνορέαις δ' ἐσχάταις | οἴκοθεν στάλαις ἀπτονθ' Ἡρακλείαις, Ol. III 43 νῦν δὲ πρὸς ἔσχατιὰν Θήρων ἀρεταῖς ἰκάνων ἀπτεται οἴκοθεν Ἡρακλῆος σταλᾶν. neutrum ἔσχατον autem pro substantivo legitur Ol. I 113 τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεύει. cf. etiam Soph. *Ant. 846 προῦβης ἐπ' ἔσχατον θράκουσ.* itaque Bergk puncto post ἔσχατον posito πλόον ab εὐροῖς suspendit, sequenti autem versu θαυματὰν ὁδόν, quae verba hypostigme seiungit, appositionis vice fungi vult. sed mihi permire dictum videtur (οὔτε) ναυὶ πλόον ἄν εὐροῖς οὔτε πεζὸς ἰὼν. quare una litera mutata — nam ον et ων utrumque scriptum olim fuisse ON nemo nescit — sic verba rescribo

. . . περαίνει πρὸς ἔσχατον.

πλέων ναυὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν ἄν εὐροῖς

ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶνα θαυματὰν ὁδόν.

notum ex Homero νηῖ πλέων Il. VII 88 al. et ἐν ναυὶ (vel νηῖ) πλείν habes apud (Xenoph.) *rep. Ath. 1, 43*, Plat. *Alcib. 1 p. 117 C*, *rep. I p. 341 D*. neque, opinor, considerata membrorum congruentia πλέων ναυὶ et πεζὸς ἰὼν particulae δὲ collocatione offenderis.

Alter est locus

Pyth. II 17

ἄγει δὲ χάρις φίλων ποίτινος (codd.) ἀντὶ φέρων ὀπιζομένα· | cè δ', ὦ Δεινομένειε παῖ, Ζεφυρία πρὸ δόμων | Λοκρὶς παρθένος ἀπύει  
*vocem ὀπιζομένα male adhaerescere puto antecedentibus. primum enim, ubicumque hoc verbum legitur, de hominibus est, non de abstractis. deinde cum semper valeat i. q. revereri, id mihi ex sensu quodammodo pugnare videtur cum verbo ἄγει, quod h. l. est, adigit, impellit,* sicut Pyth. VII 13 ἄγοντι δέ με πέντε . . ἴσθμοι νῆαι. denique, quod est gravissimum, verba quae sequuntur πρὸ δόμων velut alta voce postulant, ut ὀπιζομένα secum iungatur, id quod rectissime observavit Hartung comm. II p. 209 sq. de virginum autem choris adi interp. ad Pyth. III 78 et X 38 χοροὶ παρθένων, qui laudant O. Müllerum Dor. II p. 329 sq. iam ita si scripseris  
ὀπιζομένα

cè δ', ὦ Δ. παῖ, Ζεφυρία πρὸ δόμων  
Λοκρὶς παρθένος ἀπύει

non haerebis, cur poeta noluerit dicere δὲ c', ὦ Δ. παῖ. sed occasione oblata de antecedentibus quoque quid ipsi statuamus in medium lubet proponere. lectionem traditam ποίτινος tuetur Bergk sic struens verba: ἄγει δὲ που (= ποι, Dorice) χάρις ὀπιζομένη φίλων τινὸς ἀντὶ ἔργων, quod subobscurum est. alii coniecturis loco succurrunt, quarum plurimis probatur Spiegeliana ποίνιμος. sed quibus fulciri eam putant locis Nem. I 70 ἀκυχίαν καμάτων μεγάλων ποινὰν λαχόντ' ἐξάιρετον et Pyth. I 59 πὰρ Δεινομένει κελადῆσαι πίθεό μοι ποινὰν τεθρίππων, his ποινὰ est de remuneratione laborum in studiis agonisticis positorum: num autem tu putas in universum sic hominum animis gratum vocari posse bene factorum praemium? displicuit haec lectio etiam M. Schmidtio, qui edit. a. 1866 prolegg. p. XCVIII. coniecit ἄγει δὲ χάρις φίλων ποιπνουὸς ἀντὶ φέρων ὀπαζομένα. sed vide num levissime loco immutato planum assequamur sensum scribentes

ἄγει δὲ χάρις φίλων ποίτινας ἀντὶ φέρων

i. e. sunt etiamnunc profecto quos *gratus pro acceptis beneficiis animus impellat*, qua lectione aptum insuper verbi ἄγει obiectum nanciscimur alias aegre desideratum. cur autem Bergk dicat non recte interpretes iungere φίλων cum ἔργων, ego non video: nam omnem dubitationem diluunt loci Hom. Od. XXIV 210 δμῶες ἀναγκάιοι, τοῖ οἱ φίλα ἐργάζοντο et Aesch. Prom. 680 ὡς μάθοι, τὶ χρὴ δρῶντ' ἢ λέγοντα δαίμοσιν πράσσειν φίλα. ceterum o et a saepissime confundi in libris Pindaricis infra demonstrabitur.

Dirimendis unius vocabuli litteris sanos reddi putamus locos hos:

Ol. VI 92

εἶπον δὲ μεμνᾶσθαι Συρακοσῶν καὶ Ὀρτυγίας. εἶπον indicativum esse contendit Mezger l. c. p. 132 eumque pertinere ad v. 6 συνοικιότηρ τε τῶν κλεινῶν Συρακοσῶν, qua explicatione meo ex intellectu nihil cogitari potest ieiunius ineptiusve: nam ea recepta lyricorum poetarum princeps eo non sublimius sonare videretur, qui commentarium forte scribat tironibus. nec magis mihi Wilamowitzi probatur indicativi εἶπον defensio, quam adfert Eug. Horn, de Aristarchi stud. Pind. (Gryphisw. 1883) p. 34, not. 56. is enim scholio Vrat. A: Ἀρίσταρχος τοῖς κατὰ χορὸν εἰπεῖν ἐπικελεύει (Horn; cod. εἰπεῖν, ἐπικελεύων) τῶν τε Συρακοσῶν μεμνήσθαι κτλ. sic emendato τοῖς κατὰ χορὸν εἶπον ἐπικελεύων . . . vertit: *Ich gebot zu gedenken des Hiero.* id enim si placet, cogites necesse est poetam, antequam carmen suum Aeneae χοροδιδασκάλῳ quem sibi fingunt docendum traderet, collocutum cum choreutis admonuisse eos, ne in canendo carmine olim obliviscerentur Syracusarum Hieronisque. quam ob rem ego quin εἶπον (nam de accentu persuasit mihi Horn citans Herodian. p. 400 ed. Lentz) imperativus sit respondens alteri imperativo ὄτρυνον v. 87 nullus dubito, sed de interpretatione longe secus mihi videtur. nam hoc ego non adsequor, cum de arte sua poeta loquatur carminumque suorum interprete Aenea, quid attinerit chororum admonere, ut Syracusarum meminisset. neque εταίρους ad choreutas pertinere puto, sed ad amicos comissantes, plane ut Ol. IX 4 ἀγεμονεῦσαι κωμάζοντι φίλοις Ἐφαρμόστω σὺν εταίροις et Nem. XI 4 εὐ δ' εταίρους ἀγλαῶ κκάπτω πέλας, οἳ σε γεραίροντες . . . horum de poesi sua iudicium (γνώναί τ' ἔπειτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλαθέειν λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτῖαν ὕν) per Aeneam sibi exposcit poeta. porro cum v. 96 verbis ἀδύλογοι δὲ νῦν λύραι μολπαί τε γινώσκοντι iterum ad se suaque carmina olim in Hieronis honorem composita redeat, prorsus absonam iudico choreutarum de Syracusis admonitionem. praeterea de ea, quae inter poetam choroutasque intercesserit, condicione adeas velim Alfredum Croiset, la poésie de Pindare, Paris. 1880 p. 100 *la personne des choreutes grecs n'a plus d'existence dramatique que n'en a aujourd'hui, dans un opéra, celle des musiciens composant l'orchestre.* in eandem fere mecum sententiam Leop. Schmidt, Pindars Leben und Dichtung, Bonnae 1862 p. 276, olim disputarat traditam lectionem μεμνᾶσθαι tuitus (nam vertit: *Und sage auch, dass wir Syrakusens und Ortygias gedenken*), nisi quod perperam imperativis ὄτρυνον et εἶπον

carmen compellari a poeta putat, Αἰνεΐα genitivum esse adfirmans: quod quo modo cum verbis proxime antecedentibus πλέκων ποίκιλον ὕμνον coire sibi finxerit, non intellego. verum subiectum infinitivi μὲνᾶσθαι si desit, satis ambigua fit oratio neque quemquam subscripturum puto iis, quae eius rei excusandae causa addit Schmidt p. 278 not. *„das Lied soll hier den Dichter und sich zusammenfassen“*. sed vide quam levi ac prorsus nulla mutatione reponatur quod desideramus: scribe sis

εἶπον δ' ἐμὲ μὲνᾶσθαι Συρακοσσᾶν.

nolo enim dare εἶπον δέ με μὲνᾶσθαι; nam illud si praecepit poeta, declamanti vocabula distinere proclivius fuit. verbi formam μὲνᾶσθαι notam ex Homero aliisque poetis iure Bergk ex scholiis nostro vindicavit etiam Pyth. IX 88 αἴων μὲνᾶσθαι scribens pro αἰε μὲνᾶσθαι.

Pyth. IV 250 sq.

κλέψεν τε Μήδειαν σὺν αὐτᾷ, τὴν Πελίαο φόνον, | ἔν τ' Ὀκεανοῦ  
πελάγεσσι μίγεν πόντῳ τ' ἐρυθρῷ | Λαμνιάν τ' ἔθνη γυναικῶν. — σὺν  
αὐτᾷ, quod dudum nihili esse intellexere grammatici scribentes  
αὐτῷ (schol.: ὅπερ ἔτιοι μὴ νοοῦντες μεταγράφουσι σὺν αὐτῷ, τῷ  
δέρει), Mezger l. c. p. 215 interpretatur *„mit ihrer eigenen Hilfe“*.  
sed cum poeta v. 47 dicat capita tantum se rerum attingere velle,  
quid opus ei fuit repetere quod iam supra v. 221 sqq. dixisset?  
itaque Bergk coniecit κλέψεν τε Μήδειαν σὺν αὐτῷ, Πελίαο  
φόνον, qua in coniectura displicet cum ipsum vocabulum ficticium  
αὐτῶν — nam Pindaro frequens est vox αὐτῶν —, tum quod  
sensus ei inest, qui pugnat cum v. 230. etenim peractis laboribus,  
quos Aetes ei imposuerat, Iason vellus aureum ex pacto accepit  
neque furandum ei fuit. praeter eas, quas Böckh adn. crit. p. 470  
et Bergk adferunt, coniecturas dignae quae commemorentur Schmidtiana,  
ind. lect. aest. Jen. a. 1879 p. 10 not., κλέψεν τε Μήδειαν (σφι)  
συνναύταν, Π. φ. (vel σὺν ἄτῃ φᾷ) et Bornemanniana, Philol. An-  
zeiger XIII p. 296 κλέψεν τε Μηδεία σὺν αὐτᾷ Πελίαο ποθᾶν. verum  
his omnibus coniecturis inesse quo offendamur concedes, si ea  
spectaris, quae statim subsequuntur. etenim ego valde vereor, ne  
alii quoque, id quod mihi olim accidit, verba ἔν τ' Ὀκεανοῦ πελά-  
γεσσι μίγεν ita intellegant, ut ad μίγεν secundum notam ex Homero  
verbi significationem subaudiant φιλότητι; quod quidem hoc in  
loco, quo admonemur versus 222 καταινήσᾶν τε κοινὸν γάμον γλυκὺν  
ἐν ἀλλάλοις μῖξαι, non parvi est aestimandum. itaque satis defensum  
articulum τὴν (φόνον) ratus locis a Böckhio citatis, Aristoph. Thesm.  
541 (535) ταύτην ἐῶσαι τὴν φθόρον τοιαῦτα καθυβρίζειν et Eur.



Iphig. Aulid. 794 (de Helena) τὰν κύκνου γόνον (v. etiam Hermann. ad Viger. p. 930 sq. ed. IV.), sic verba dirimo

κλέπεν τε Μήδειαν· cὺν αὐτῇ, τῇ Π. φόνῳ, . . .

iam vides non solum eam, quam modo indicavi, difficultatem tolli, sed etiam quanto ita melius τῇ Πελῖᾳ φόνῳ iungatur cum narratione de Argonautarum in Graeciam, ubi scelus patratum, reditu. de ceteris satis erit dixisse, cum semel male iunctum esset cὺν αὐτῇ, reliqua contagio infecta. — sequenti porro versu pluralis πελάγεσσι offensionem est criticis, cui simile quidquam non memini me legere.<sup>1)</sup> coniecerunt Hecker περάτεσσι, Bergk, qui etiam in ἐν vocula offendit, τενάγεσσι, ego propono

ἐν τῷ Ὠκεανοῦ πελάταισι μίγην πόντου τῷ ἐρυθροῦ

Λαμνιᾶν τῷ ἔθνεϊ γυναικῶν

memor loci Aeschyl. Pers. 49 Τμῶλου πελάτης (i. e. accola) et Iliad. III 209 Τρώεσσι ἐν ἀγρομένοισι ἔμιχθεν.

#### Ol. II 95 sqq.

ἀλλ' αἶνον ἐπέβα κόρος | οὐ δίκῃ συναντόμενος, ἀλλὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν, | τὸ λαλαγῆσαι θέλων κρύφον τε θέμεν ἐκλῶν καλοῖς ἔργοις. — non repeterem verba Bergki, quae paene piget legere, *poeta in extremo carmine in angustias compulsus contorta oratione utitur*, nisi inde clara in luce positum iri sperarem, nil ad hunc locum sanandum redundare ex iis, quae sive libri manu scripti sive scholia sive recentiorum commentarii suppeditant. nuperrime ea retractarunt P. Feine, de Aristarcho Pindari interprete in comment. philol. Jenens. vol. II p. 275 sq., qui novam M. Schmidtii coniecturam secum communicatam adfert τὸ λαλαγαῖν θέλων (*insanorum hominum est perpetuis hariolationibus obscuracionem facere honestis bonorum operibus*), Eug. Horn l. c. p. 22, L. Bornemann, qui Philol. Anz. XIII p. 295 coniecit καταλαλῆσαι, Herwerden Pind. p. 9, qui οὐ δίκῃ συναντόμενος (ἀλλὰ μάργων γὰρ ἀνδρῶν τὸ λαλαγῆσαι), θέλων κρύφον τιθέμεν mavult. mihi vero numquam persuaderi potuit blaterando (τὸ λαλαγῆσαι, sive cum Mezgero mavis *durch räsonnieren*) posse egregium facinus aut ignotum reddi aut obscurari (κρύφον τιθέμεν).<sup>2)</sup> deinde quod κόρον de Capye et Hippocrate Theronis inimicis, de quibus multi sunt scholiastae, intellegunt *insolentiam* interpretati, haud periculosos eos futuros fuisse adversarios dico, si nullis aliis nisi linguae armis eum quietum exagi-

<sup>1)</sup> Benigne Victor Thumser collega ex suis mecum communicat copiis locum Hom. Od. V 335. tamen vel sensui magis convenire coniecturam meam puto.

<sup>2)</sup> V. quae dixi ephem. gymn. Austr. a. 1892, p. 889 sq. et p. 891.

tassent. itaque, quod non raro usu venit apud Pindarum, ab iis, quae antecedunt atque subsequuntur, quae vitii immunita sunt, corruptelae medelam repetendam duco. praegressa igitur eximia The-ronis praedicatione cum pergat poeta ἄλλ' αἶνον ἐπέβα κόρος, quem alium vocabulo κόρος inesse putemus sensum quam fastidii, quod immodica ex laudatione oriri solet? idem dixit poeta Pyth. I 81 καιρὸν εἰ φθέγγαιο, πολλῶν πείρατα συντανύσαις ἐν βραχεῖ, μείων ἔπεται μῶμος ἀνθρώπων· ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει αἰανῆς ταχέιας ἐλπίδας, et exstant alii praeterea loci, quibus poeta modum egressum se quasi revocat, ne satietatem moveat carmen, veritus: Pyth. VIII 29 εἶμι δ' ἄσυχολος ἀναθέμεν πάσαν μακρολογίαν . . ., μὴ κόρος ἐλθὼν κνίση et Nem. X 19 βραχὺ μοι στόμα πάντ' ἀναγήσασθ' . . ., ἔστι δὲ καὶ κόρος βαρὺς ἀντιάσαι. huc pertinet, quod oratione admodum citata atque concisa, sicut loco Pythiorum modo laudato, rem absolvit his: ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν, καὶ κείνος ὄσα χάσματ' ἄλλοις ἔθηκεν, τίς ἂν φράσαι δύναίτο; (de ἐπεὶ . . . καὶ, quod non debebat sollicitare Kaibel Hermae vol. XIX p. 247, cf. Ol. X 88 et 91). iam quae haec inter iacent videamus. non per ius fasque illud accidere ait, sed hominum quorundam culpa, quos μάργους vocat. his nonne verbis admonemur eorum, de quibus modo locutus est poeta vv. 95 sqq? quibus cum tribuatur παγγλωσσία, cum dicantur λάβροι, κόρακες ὡς atque ἄκραντα γαρύειν, iam intellegis, quo pertineat τὸ λαλαγήσαι, quid sibi velit κόρος. satietatem nimirum laudes obterere et quasi calcare ait, si insani (μάργοι, cf. Nem. IX 19 et Ol. IX 38 τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν μανιάσιν ὑποκρέκει) poetae ad blaterandum se deferri patiantur, ita cumulum egregiorum (v. Isthm. III 7 τὸν ἐκλόν) poetarum praeclaris operibus addituri. itaque divulsis verbis τὸ λαλαγήσαι ita, ut quod poeta scripsit ΤΟΛΑΛΛΑΓΕΣΑΙ ΘΕΛΟΝ legatur

τὸ λαλαγεῖν αἰ θέλον,

verbis denique, quae antiquitus corrupta esse omnes consentiunt, κρυφιοντιθεμεν sic emendatis

κρυφῶ (*subdole*, cf. Ol. I 47) ἠπιθέμεν ἐκλῶν καλοῖς ἔργοις  
et metro et sensui aptissime satisfactum erit. nam lege sis totum locum

ἄλλ' αἶνον ἐπέβα κόρος,

οὐ δίκᾳ συναντόμενος, ἀλλὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν,

τὸ λαλαγεῖν αἰ θέλον κρυφῶ ἠπιθέμεν ἐκλῶν καλοῖς  
ἔργοις.

ἠπιθέμεν idem fere valet atque in notis dicendi formulis κολοφῶνα vel κεφάλαια ἐπιθέσθαι (*aufsetzen*). denique hoc moneo, coniunctionem αἰ ipsa corruptela hoc loco servatam multis aliis quoque locis fortasse

a Pindaro adhibitam vulgatori ei cecidisse: certe quidem Pyth. IV 78 omnes fere libri exhibent αἴτε, unus εἴτε, et Nem. I 65, quod codices habent καί, a Bergkio mutatum in κεί, scribendum videtur καί, denique Nem. IV 36 omnes libri καίπερ ἔχει, Bergk κείπερ coniecit, Ahrens καί παρέχει. hoc καί et apud Theocr. legitur XXIX 16, Beren. 1 aliosque et est in inscriptionibus, v. Ahrens de dial. Dor. p. 380.

Et hoc, quem modo tractavimus, loco et supra p. 3 peccatum a librariis vidimus in transscribendis ex antiqua litteratura vocabulis O (= ο, ω, ου) et E (= ε, ει, η). idem accidit locis his:

## Pyth. III 106

ἄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται | ὅς πολὺς εὐτ' ἂν ἐπιβρίσαις  
ἐπηται. corruptum est ὅς, Bergk scripsit ἦ πολὺς idemque duodecim virorum doctorum coniecturas aliam alia futtiliores recenset, quibus adde Böckhianam οὐ, πολὺς . . . mihi Pindarus scripsisse videtur

ἄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται,  
χῶς πολὺς, εὐτ' ἂν ἐπιβρίσαις ἐπηται.

χῶς est καὶ ὅς totiusque loci sensus hic: *non in longum durat felicitas hominum, quantumvis magna, si multa mole irruat.* alia huius craseos quam dicunt exempla apud Pindarum habes haec: χῶταν, χῶπότην, χῶτι, χῶπόθεν (v. Hermann. opuscul. I p. 254 et Rumpel s. v. καί). ne quis autem forte dicendum fuisse contendat οὐδ' ὅς πολὺς, adscribam locum Homeri Od. XIII 6 c' οὐτι . . . γ' οἶω ἄψ ἀπονοστήσειν, εἰ καὶ μάλα πολλὰ πέπονθα.<sup>3)</sup>

## Ol. VII 1

Φιάλαν ὡς εἴ τις ἀφνειὰς ἀπὸ χειρὸς ἐλών. verba ἀπὸ χειρὸς ἐλών sana esse non persuasit mihi Fritzsche, annal. phil. et paed. a. 1882 p. 148 sq., qui accuratam de iis instituit quaestionem. ipse quam protulit explicationem *mit reicher Hand erfassend, gibt er sie von sich fort* non possum a me impetrare ut ea probabiliorerem putem, quam dederat de Jongh, qui ἀπὸ χειρὸς cum δωρήσεται iungi iubet participium ἐλών orationis copia Homericā abundare dicens. utriusque adversatus Bornemann, philol. Rundschau I (1881) p. 1430, coniecit ἀπὸ χειρὸς ἐκῶν (v. eundem in Burs. annal. 1883 p. 93). sed mihi verba ἀπὸ χειρὸς nec satis concordare cum v. 4 προπίνων videntur et omnino, ut sunt ieiuna, officere praeclaræ imaginis splendori. nec quicquam lucratur coniectura Bergkiana ἀπὸ χηλοῦ ἐλών. itaque ego conieci

Φιάλαν ὡς εἴ τις ἀφνειῶν ἀπὸ χείλεος οὐ,

<sup>3)</sup> Soph. Ant. 3 fortasse scribendum ἄρ' οἴσθ' ὅ τι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίου κακῶν χῶπιον οὐχὶ νῦν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;

quam coniecturam ut commendem, pauca adferam: ἀφνειός sic absolute positum legi Nem. VII 19 ἀφνεός πενιχρός τε θανάτου πέρας ἅμα νέονται et frgm. 218 (239), 4 δς μὲν ἀχρήμων, ἀφνεός ποτε, singularem χείλεος pro plurali Theocr. I 59 (δέπας) . . . οὐδέ τι πα ποτὶ χεῖλος ἐμόν θίγον, Bion I 11 καὶ τὸ ῥόδον φεύγει τῷ χείλεος, Theocr. VII 20 γέλως δέ οἱ εἶχετο χείλους. corruptelae origo in aprico: cum scriptum esset ΑΠΟΧΕΛΕΟΣΟ, id non intellegentes grammatici pro captu suo metri legibus consuluerunt.

Accedimus ad longam eorum locorum seriem, quibus in clausulis vocabulorum peccatum est a librariis: has enim imprimis apud Pindarum corruptelae obnoxias esse bis dixit Bergk (ad Pyth. V 121 et XI 33). atque eius rei haud scio an ipse poeta causam manifestam nobis significarit, cum carmina sua dicat (Ol. II 85) φωνάεντα κυνετοῖσιν, ἐς δὲ τόπαν ἐρμηνέων χατίζειν. scilicet ipsi librarii quae describebant non intellegentes et interpolationibus, quibus hoc genus hominum antiqua monumenta fere omnia deturpavit, abstinebant, quod grata iis mente referimus, et permultis locis ut fors ferebat vocabula inter se concinnando densam nubem obduxerunt. itaque inter se confunduntur ων et αν (inde error natus Pyth. X 29 ἰὼν εὖροισι pro ἰὼν ἄν εὔ.), ον et αν et οc, ων et ac (v. supra p. 9), deinde, cum iota quod vocatur subscriptum potius adscriberetur, ον et ω, α et ον, ω et αν. ceterum haud raro ut erant in errorem proni ipsa scripturae vacillatione transversi sunt acti. velut simillimae inter se fuisse iam in antiquissimis exemplaribus videntur litterae Ν et Σ: inde e. gr. in omnes ad unum codices errores irrepserunt Pyth. IV 152 θρόνον (verum est θρόνος), Pyth. V 88 βαθείαν (βαθείας schol. firmant), Nem. VII 60 κύνεσις (κύνεσιν), 95 Ἥραν (Ἥρας), Isthm. VII 27 ξρισας (ξρισαν), neque ego dubito Pyth. IX 28 cum Bergkio scribere ἐγχεος pro ἐγχέων. innumeris vero locis his in litteris discrepant libri. porro recte monet Böckh nott. critt. p. 471, ubi duo sigmata concurrerint sive confusio vocum sive mediis vocabulis, unum tantum esse exaratum: unde mendum contraxit locus Pyth. IV 254 sq. ἐν ἀλλοδαπαῖς περ ἀρούραϊς pro ἀλλοδαπαῖς κτέρμ' ἀρ., quod Hermannii debemus sagacitati. similiter pro duobus NN simplex exstat Isthm. VII 63 ἀνάπο (ἀναπί, ἀναπί, ἄν ἀπό), verum restituit Hermannu ἄν νάπος. Pyth. XII 26 καλλιχόρω ναίοισι, quod ortum est ex καλλιχοροναίοισι, nam verum καλλιχορον ναίοισι, Isthm. V 23 πέρα Νεῖλοιο, quod in metrum peccat, pro πέραν Νεῖλοιο: pro vc solum c Pyth. II 79 βαθὺ κευᾶς, verum restituit Bergk βαθὺν κευᾶς, indeque non miraberis, si pro cv leges c (Bergk Ol. VII 5 τιμάσαις νέον. codd. τιμάσαις ἐόν, Ol. I 63

οἷς νιν, codd. οἷν), pro vc solum v, adeoque pro cc solum v. sed haec hactenus. nunc singulos locos tractabimus.

## Ol. IX 53 sqq.

κείνων δ' ἔσσαν | χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι | ἀρχάθεν Ἰαπετιονίδος  
φύτλας | κοῦροι κορῶν καὶ φερτάτων Κρονιδᾶν, ἐγχώριοι βασιλῆς  
αἰεὶ, | πρὶν κτλ. in tractando hoc loco impeditissimo si virorum  
doctorum sententias percensere quidque in iis displiceat quibusque  
de causis exponere velimus, grandem libellum conficiamus. itaque  
satis habebimus eos laudare, qui post Mezgerum in eo enodando  
desudarunt — sunt hi N. Peters, Πινδαρικαὶ μελέται in ἐφημερ. τῶν  
φιλομαθῶν, Ἰανουαρίου 1880, ἀριθ. 19, σελ. 289—294, Lübbert, de  
Pind. Locr. Opunt. amico et patrono, ind. lect. Bonn. 1882/3, Bornemann  
Burs. annal. 1883 p. 97, O. Schroeder, Zeitschrift f. G.-W. 1885, 2 p. 344 sq. —  
statimque nostram de eo sententiam proponemus. fugisse putamus omnes ad unum  
criticos quod est gravissimum, poetam eiusdem radicis vocabula κοῦροι et κορῶν  
non fuisse compositurum, nisi notam huius figurae rhetoricae, quam  
anaphoram vocant, quae nostro fuit in deliciis (v. e. gr. Pyth. II 43  
μόνα καὶ μόνον, Nem. I 25 τέχνηαι δ' ἑτέρων ἕτεραι, Ol. IX 105 ἐντὶ γὰρ  
ἄλλαι ὁδῶν ὁδοὶ περαιτέραι, alios locos infra exscribam), vim etiam hoc loco  
ei inesse voluisset. sed verba illa a Mezgero divelluntur, cum artissime cohaereant,  
a ceteris fere vertuntur „Söhne von Töchtern“ sive „Söhne einer Tochter“, quo  
omnis figurae vis ac vigor subducitur. nec minus errant quicumque verba καὶ  
φερτάτων Κρονιδᾶν ita interpretantur, ut Iovem genti, ex qua Ephar-mostus  
ortus erat, semen suum admiscuisse prius etiam, quam Protogeniam, Opuntis  
Epeorum regis filiam, compresserat, dicant. nam mihi non dubium est, quin  
toti loco hic insit sensus: inde a Deucalione et Pyrrha (κείνων v. 53) continua  
eiusdem stirpis regum series cum propter Locri orbitatem (v. 61) periculum  
esset ne exstingeretur, sospitasse eam Iovem Protogenia, Locri uxore,  
gravida ex se facta. huc ducit sententia particula πρὶν incohata, huc  
quod Protogenia ex Iove gravida Locro reddita esse, ut progenie gauderet,  
narratur. quamquam igitur est in fabulis Deucalionis filiam Protogeniam,  
quam vulgo vocant priorem, et ipsam cum Iove concubuisse, eius rei  
rationem poeta hoc loco, ut par erat, habuit nullam. his expositis  
videamus codices. hi aut κορῶν praebent, quod et scholiasta agnoscit,  
aut κορῶν (vitiose N, et A,<sup>1</sup> κούρων), formam vulgatiorem, nullus κόρων,  
quod unice verum iudico. nam verbis κοῦροι κόρων hoc exprimi duco,  
continua serie

filio patrem sequente Locrensiū reges inde a Deucalione et Pyrrha alium alii successisse. eodem modo dictum apud Hom. Il. XX 306

νῦν δὲ δὴ Αἰνείαιο βῆ Τρώεσσι ἀνάξει,

καὶ παίδων παῖδες, τοὶ κεν μετόπισθε γένωνται,

ipsumque Pindarum Nem. VII 100 παίδων δὲ παῖδες ἔχοιεν αἰεὶ | γέρας τόπερ νῦν καὶ ἄρειον ὀπιθεν et Isthm. VII 25 τοῦ μὲν ἀντί-  
θεοι | ἀρίστευον υἱέες υἱέων τ' ἀρηίφιλοι παῖδες ἀνορέα, et apud  
Verg. Aen. III 98 et nati natorum . . . quod autem metro subactus  
poeta scripsit κοῦροι κόρων, idem fecit ac Pyth. IX 122 παρθένων  
κεδνὰν χειρὶ χειρὸς ἐλών et Sophoc. O. C. 184 τόλμα ξείνος ἐπὶ ξένης,  
quo loco utemur ad emendandum versum Pyth. IV 118, ubi Pin-  
darum scripsisse credimus Αἴκονος γὰρ παῖς ἐπιχώριος οὐ ξείνος  
ξέναν ἴκοιμ' ἄν αἴαν. deinde nil dubito Hómano suffragari, qui  
edidit καὶ φερτάτου Κρονιδᾶν non reveritus Böckhium, qui ita si quis  
coniceret temerarium fore dixerat. corruptela eadem est ac Pyth. IV  
26, ubi unus F<sup>s</sup> ἐρήμω praebet, ceteri fere omnes ἐρήμων, verum  
autem ἐρήμου, ac firmatur Hómani emendatio locis his: Isthm. V I5  
τὸν φέρτατον θεῶν, Ol. XIV 14 θεῶν κρατίστου παῖδες et de Iunone  
Pyth. II 38 ὑπεροχωτάτῃ Οὐρανιδᾶν. itaque locum sic refingo

κείνων δ' ἔσσαν

χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι,

ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος φύτλας

κοῦροι κόρων καὶ φερτάτου Κρονιδᾶν

ἐγχώριοι βασιλῆες αἰεὶ,

πρὶν . . .

eaque verba ita verto: *ab illis orti vestri maiores, inde ab initio  
ex Iapeti stirpe filiorum filii iidemque* (καὶ) *principis caelestium*  
(nam ἐκ Διὸς βασιλῆς Hes. theog. 96, unde διογενεῖς audiunt apud  
Homerum)<sup>4</sup>) *indigenae* (hoc est ἐγχώριοι, plane ut apud Soph. O. C.  
871 τῆςδε γῆς ἐγχώριοι) *reges, donec . . .* per Iovem enim demum  
alienus sanguis admixtus est genti, ab eodem alienae terrae pro-  
genies (v. 58 ἀπὸ γὰρ Ἐπειῶν) per Protogeniam, peregrini regis  
filiam, in regno Locrensiū constituta. neque vero aut sanguis ille  
pudendus erat aut gens peregre ascita; nam ille deorum erat,  
haec regia.

Pyth. I 67

Ζεῦ τέλει', αἰεὶ δὲ τοιαύταν Ἀμένα παρ' ὕδωρ | αἴσαν ἀστοῖς καὶ βασι-  
λεῦσιν διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων. de verbis his difficillimis  
nuperrime disputavit M. Stahl in ind. lect. hib. Monast. a. 1891/2

<sup>4</sup>) Fortasse etiam φερτάτων Κρονιδᾶν potest defendi ita, ut reges illi  
deorum Olympicorum dicantur horumque deinde princeps Protogeniam rapuisse.

p. 13 sq., qui ceterorum refutatis et explicandi et emendandi conatibus redeundum censet ad Böckhi interpretationem hanc: „*precor verus hominum sermo semper talem fortunam Aetnae adiudicet et decernat*“. verum enim vero si planissima haec, quam Böckh indicavit, sententia his ex verbis elici potest, qui factum est, ut tantum studium in iis expediendis collocarent viri docti? sed videamus scholiastam. is cum interpretaretur τοιαύτην μερίδα βασιλευσί τε καὶ δημόταις παράσχου, ὥστε τὸν τῶν ἀνθρώπων λόγον διακρίνειν τοῦτο καὶ ἀληθὲς ἀποφαίνειν, ὅτι ἐν ἐλευθερίᾳ εἰσὶν (Böckh p. 307), sine dubio verba ita struebat, ut ἔτυμον λόγον dirimeret atque λόγον subiectum infinitivi διακρίνειν acciperet, eamque se ab eo interpretationem mutuatum esse profiteretur Mezger. reliqua autem ille perversissime interpretatus est: τέλει enim imperativum esse putavit, dein ante διακρίνειν supplevit ὥστε: quod ut inauditum est, ita non absonum ab istius generis hominum ineptiis. v. M. Schmidt de scholiis Pindaricis iudicium Berl. philol. Wochenschr. 1884 p. 1278 et Wilamowitz-Möllendorff Deutsche Lit.-Ztg. 1891 n. 27 p. 984. poeta igitur implorat Iovem perfectorem, ut talem sortem (i. e. civitatis secundum Doriensium normam conformationem) per omne tempus futurum ut unice veram atque germanam Aetnae regibus civibusque adiudicet et decernat sermo hominum. itaque recte quidem iudico Mezgerum ἔτυμον ad αἴσαν trahere neque tamen mihi persuadeo poetae deberi obscuritatem verborum ἔτυμον λόγον, quae tot tantique ingenii homines doctos lusit ac fefellit. una enim litterula mutata si pro ἔτυμον scribas ἐτύμαν, ut est apud Soph. Philoct. 205, omnia plana ac perlucida. sin displicet aut infinitivus διακρίνειν aut soloeca feminini forma ἐτύμα, per me scribas licebit

Ζεῦ τέλει, αἰεὶ δὲ τοιαύταν παρ' Ἀμένα ὕδωρ ἀστοῖς καὶ β.

αἴσαν διακρίνει' ἔτυμον λόγος ἀνθρώπων.

de optativi forma cf. Pyth. IV 7 κρίσειεν.

Nem. I 64 sq.

καὶ τινα σὺν πλαγίῳ | ἀνδρῶν κόρῳ κτείνοντα τὸν ἐχθρότατον | φάσει  
 νιν δῦσειν μόρον. huius loci emendationem ingeniose incohavit Bergk  
 neque absolvit. is igitur primum pro καὶ τινα scripsit κεί τινα, licuit  
 fortasse καὶ τινα (v. p. 8 sq.), dein σὺν πλαγίῳ adverbii vice fungi  
 vult et ita fortasse et schol. intellegebat p. 45 ed. Abel. inde pro  
 κόρῳ dedit κυροῖ, at potuit religiosius servare librorum vestigia scri-  
 bendo χ' ὀρῶ.<sup>5)</sup> sed maxime miror, quod non contigit viro egregio,

<sup>5)</sup> v. Kühner gr. Gr. II 2 p. 1054, 4.

καὶ σαφὲς νοῦθα συκταῖται τὸν ἐχθροτάτον μόρον, idque eo magis, ἵνα πρὸς ἡγεῖται ἰσχυρῶς in corruptelae sedem articulum τὸν κατὰ μίσην πρὸς ἀδροδικας τ. 63 posito si scribas . . . ἀδροδικας.

καὶ ἴνα εὖν πλατῆ  
ἀδροτῶν χ' ὄρω στείχοντα, τὸν ἐχθροτάτῳ  
φίκα νιν δάσειν μόρω.  
καὶ ἴνα denique ἀδροδικας non aptissime iunctum cum θῆρα  
καὶ in corrigendum sit in ἀδροδικαν idque puncto post θῆρα  
καὶ ἴνα in consociandum. cf. quae p. 19 de loco Nem. III 23  
αἰφύται.

## Pyth. II 56

τὸ πλουτεῖν δὲ εὖν τύχα πότμου σοφίας ἄριστον. misere hic locus  
locat interpretes (v. praeter scholia p. 469 ed. Abel etiam Eugenium  
Hornium l. c. p. 43 et P. Feinium l. c. p. 290) tam veteres quam  
recentes, quorum reiectis conaminibus Mezger standum censet Ari-  
starchea interpretatione hac: εὐποτμότατός ἐστιν ὁ πλουτῶν καὶ  
σοφίας ἀμα τυχάνων. sed inanem verborum cumulum, quem his  
verbis inesse verissime observavit Böckh, nec ipse sustulit nec  
Feine, qui Aristarchi explicationem ex vulgata expromi posse ad-  
fermat, si hoc modo verba construamus: τὸ πλουτεῖν δὲ εὖν τύχα  
πότμου — σοφίας ἄριστον, nec Bergk, qui Croiseto et Herwerdeno  
praesentibus coniecit τὸ πλουτεῖν δὲ εὖν τύχα πότμου σοφίας τ'  
ἄριστον, quod Croiset vertit *par la faveur du sort et par l'aide de  
sa propre sagesse* (ann. de l'ass. p. l'enc. d. ét. gr. XII p. 63):  
nam coniuncta vocabula synonyma τύχα et πότμος obscuritatem  
non effundere verbis non possunt. M. Schmidt denique proll. p. CI sq.  
scripsit τὸ πλουτεῖν δὲ, εὖν τύχα πότμου σοφίας, ἄριστον ipse addens  
explicationem, quam vix quisquam ex eius coniectura excutiat:  
ἀριστομένης εὖν τύχη τῆς σοφίας. nos cum Bornemannō, annal.  
Bonn. t. 1885 p. 108, qui nondum diiudicatam litem adfirmat, σοφίαν  
de facultate poetica intellegimus, poetamque hoc dicere putamus:  
si cui ars sua ut Archilochō detrimentum adferat, eum non esse  
mutandum, contra si ad naturales ingenii dotes — πότμος σοφίας  
divitias forte accedant, eam optimam esse vitae condicionem.  
hanc autem sensum omnibus sublatis orationis difficultatibus nan-  
ciscimus scribendo

τὸ πλουτεῖν δὲ συντυχὸν πότμῳ σοφίας ἄριστον.

καὶ ἴνα *genetivum mit Geistesgaben gepaart ist das Beste.* genetivo  
καὶ ἴνα εὖν συντυχάνειν legimus quidem etiam apud Soph. Phil.  
109 et Soph. O. C. 1482 (ὄβητ τοῦ τύχοιμι), sed nil fere muta-



tur, si πότμῳ πραιοπτες. cum sequentibus autem haec ita cohaerent, ut verbis ἐλευθέρα (= ἐλευθερίῳ) φρενί i. e. liberali ingenio (v. v. 74 sqq.) simul sapientia atque humanitas regis innuatur.

## Pyth. III 27

. . . ἄϊεν ναοῦ βασιλεὺς | Λοξίας κοινᾶνι παρ' εὐθυτάτῳ γνῶμαν πιθῶν, | πάντα ρίκαντι νόψ. recte, ita si legamus, παρ' cum πιθῶν iungi debere, ut sit γνῶμην παραπέϊας, docet Bergk, neque cuiquam, opinor, persuadebit Mezger, qui κοινᾶνι παρ' εὐθυτάτῳ consociat vertitque *bei seinem untrüglichen Berather'* et γνῶμαν πιθῶν *animo persuadens'*, unum adferens locum Plat. Theaet. p. 170 D κρίνας τι παρὰ καυτῷ. pariter enim Latini dixerunt quidem *apud animum suum constituere'*, non autem *apud animum suum sententiam mutare'*, qui molestissimus esset verborum cumulus. eodem nomine reiciendum quod Böckh edidit γνῶμα πιθῶν. sed γνῶμαν παρπιθῶν non admittendum esse idem docuerat, quippe quod locis Hom. II. XIV 28 et Od. XXII 213 significationem haberet *persuadendi sermonibus astutis'*; accedit construendi difficultas. at vero adscripsit vir summus eos locos, unde verissima huius loci pendet emendatio, Isthm. III 90 κυβερνατήρος οἰακοστρόφου γνῶμα πεπιθῶν πολυβούλῳ et Pyth. IV 109 λευκαῖς πιθήσαντα φρασίν, ex quibus apud Pindarum πιθῶν et πιθήσας etiam intransitiva gaudere significatione evincit. iam omnia, credo, sana videbuntur, si lenissima mutatione restituamus

κοινᾶνι παρ' εὐθυτάταν γνῶμαν πιθῶν  
πάντα ρίκαντι νόψ.

dicit poeta Apollinem ab animo suo omnia scienti persuaderi sibi passum quod minime exspectaverat, idque adprime convenit fabulis (v. Hesiod frgm. 148 ed. Rzach), in quibus Apollo ita exarsisse inexpectato nuntio narratur, ut corvum, eius rei nuntium, ex avi candida nigram redderet. εὐθὺς autem apud Pindarum etiam ubi translate usurpatur genuinam servavit vim, ut non sit, quod fere volunt, *wahr'*, sed potius *gerade, aufrichtig'*: cf. Nem. I 25 τέχνας δ' ἐτέρων ἕτεραι. χρῆ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς στείχοντα μάρνασθαι φυῆ et Ol. XIII 12 τόλμα μοι εὐθεία γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν (*gradaus-trebende Zuversicht'* Mezger).

## Ol. IX 89

\*Ἄργει τ' ἔσχεθε κῶδος ἀνδρῶν, παῖς δ' Ἀθάναις • | οἶον δ' ἐν Μαραθῶνι κυλαθεῖς ἀγενείων | μένεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων ἀμφ' ἀργυρίδεσσιν.

οἶον vulgo ita interpretantur, ut sit exclamantis et admirantis (schol. φεῦ, ᾧ θαῦμα), quod stare non potest. nam si quid video, verbis his sermo est de subeundo tantum certamine, cum de ipso decursu atque eventu eius sequentibus demum versibus agatur. dicit Pindarus Epharmostum, cum exclusus esset ex puerorum manu, non cum aliis, quibus idem factum, recessisse, sed seniorum contentionem ἀμφ' ἀργυρίδεσσιν exspectasse. itaque cum referant scholiastae pro οἶον etiam legi οἶον, quod sensu caret, inde nil vereor conicere

οἶος δ' ἐν Μαραθῶνι . . . μένεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων  
ἀμφ' ἀργυρίδεσσιν.

addo, ne quid desideretur, locum Hom. II. VIII 80 Νέκτωρ οἶος ἔμιμνε. Bergki autem coniecturam οἶνον nil moror.

Nem. I 46 et 48

librorum lectionem ἀγχομένοις δὲ χρόνος | ψυχὰς ἀπέπνευεν μελέων ἀφάτων, quod dicendi genus prorsus insolens dicit Bergk, sic emendandam puto:

ἀγχομένοις δὲ χρόνον  
ψυχὰς ἀπέπνευεν μελέων ἀφάτων.

nam χρόνος subiectum esse nullo pacto potest, melius ἀπέπνευεν, quocum vulgo conferunt nostrum *jemandem das Lebenslicht ausblasen*, de Hercule dictum. (cf. Plut. mor. p. 281 B φῶς ἀποπνέεται, *wird ausgeblasen*.) neque quemquam infitias iturum puto χρόνον sicut vernaculum *eine Zeitlang* vel de exiguo temporis spatio dici posse. — in iis quae sequuntur ἐκ δ' ἄρ' ἄτλατον δέος πλάζε γυναικας vitiosum est δέος. sed virorum doctorum coniecturis χρέος, βλάβος (numquid detrimenti accepit infans?), τάφος praelatum iri spero hanc nostram: ἄτλατος θεία (cf. Soph. O. C. 1651 ὡς δεινοῦ τινος φόβου φανέντος οὐδ' ἀνασχετοῦ βλέπειν et Xen. Cyr. I 4, 24 τὸ πρόσωπον τοῦ πάππου ἠγριωμένον ἐπὶ τῇ θεᾷ τῇ αὐτοῦ).<sup>6)</sup> nam ἄτλατον θείος non audeo reponere, quoniam hoc vocabulum unde in lexicon suum adsciverit Passow (p. 1393, θείος, τὸ = θέαμα poet. (?)) ignoro.

Nem. V 6

οὐπω γένυσι φαίνων τέρειναν ματέρ' οἰνάνθας ὀπώραν. iure Bergk culpandum fore Pindarum adfirmat, si ματέρα οἰνάνθας ὀπώραν dixisset: scilicet nec tunc neque postea genetricem lanuginis in genis ostendebat Pytheas, sed ipsam lanuginem. at ipse quod dixit ματέρ' esse dativum, mihi non persuasit. itaque Pauwium sequor ματέρ' οἰνάνθαν ὀπώρας scribentem, nisi quod me pungit τέρειναν, quod

<sup>6)</sup> Addo ex Herm. Bernhardii carmine vernaculo, cui inscribitur *Der Löwe in Florenz* v. 24 *„o qualvoll herzzerreißende Schau“*.

quo referatur nimis ambiguum. omnia plana, si usi loco Aeschyl. Suppl. 998 τέρειν' ὄπώρα δ' εὐφύλακτος οὐδαμῶς scribamus  
οὕπω γένυσι φαίνων τερείνας ματέρ' οἰνάνθαν ὄπώρας.?)

## Pyth. VI 4

ὄμφαλὸν ἐριβρόμου | χθονὸς ἐς ναὸν προσοιχόμενοι. in metrum peccat ἐς ναόν. sed quibus placet Hermanni (opuscc. VI p. 288) coniectura ἐς νάϊον, ab Hartungo comm. II p. 271 et Bergkio monitos velim parum convenienter hoc ordine (contra cf. Soph. Ant. 1204 sq. ibique v. interpp.) componi praepositiones ἐς et προσ. Bergk coniecit ἐς λάϊνον, alii alia, v. quoque Leutsch. Philol. 1880 p. 304, nos proponimus

ὄμφαλὸν ἐριβρόμου  
χθονὸς ἐννάϊον προσοιχόμενοι.

ἐννάϊον, quamquam alias non invenitur, similiter formatum puta atque ἐνάλιος, ἐνοίκιος, ἐνόπλιος, ἔμπολις alia v. Th. F. G. Bräuning de adiect. compos. ap. Pind. I p. 42 (Altonae 1880, progr.)

## Pyth. IV 100

ἐχθίστοις μὴ ψεύδεσιν | καταμιάνας εἰπέ γένναν. hoc loco si quis cē cum Hartungo desiderat (nam tu cf. Nem. III 15 ὡν παλαίφατον ἀγορὰν [an ἀκοάν?]) οὐκ ἐλεγχεῖσιν Ἀριστοκλείδας ἐμίανε et Aesch. Agam. 636 εὐφημον ἦμαρ οὐ πρόπει καταγγέλω γλώσση μιάνειν), nescio an melius illo, qui ἐχθίστοις se edidit, correxerit

καταμιάνας <c>εἰπέ γένναν.

idem vitium sustulit Bergk Pyth. III 86 εἶ τιν' ἀνθρώπων, <c>ὁ μέγας πότμος et Soph. O. C. 518 στέρξον, <c>ἴκετεύω.

## Pyth. V 15.

τὸ μὲν, ὅτι βασιλεὺς | ἐσσι μεγάλων πολιῶν | ἔχει συγγενὲς | ὄφθαλμὸς αἰδοιότατον γέρας, | τεῦ τοῦτο μινύμενον φρενί. sic verba edidit Bergk Rauchensteini (comm. Pind. I p. 12 sq.) amplexus explanationem, quam integram exscribam, id ni fiat, vix quemquam quid ille senserit intellecturum ratus. hoc igitur poetam ait dicere: „*primum quod rex es magnarum urbium, tenet (vel tuetur) oculus tuus a maioribus acceptam maxime venerabilem hanc dignitatem, temperatam tua sapientia*“. quam verborum obscuritatem Mezger interpungendo tolli posse putans sic ut scribatur praecipit: τὸ μὲν, ὅτι βασιλεὺς ἐσσι μεγάλων πολιῶν. ἔχει συγγενῆς ὄφθαλμὸς αἰδοιότατον γέρας. τεῦ τοῦτο

?) His iam impressis idem olim suasisse video Dreykornium, comment. Pind. spec. (Land. 1863), p. 5.

